

IVSTINVS

GOBLERVS IVRECONSVLTVS.



V^{er}stinus apud Goslatienses in Saxonia natus & honeste^m educatus est. Ibi cum prima literarū rudimenta feliciter didicislet, se ad uaria doctorum hominum gymnasia cōtulit, atq^{ue} artibus & linguis praeclaram operam nauauit. Postea quoq^{ue} legū stu dia complexus, ea diligentia perrexit, ut magna solennitate Iuris Doctor crearetur. ad hanc eruditio nē accedebat uitæ integritas, & magna animi prudentia. Id cum Franckfordiensis Respub. cognouissent, hunc Iustinum liberali stipendio proposito ad se uocauit, atq^{ue} multis honestis officijs exornauit. Eas functiones Goblerus suscepit atq^{ue} res sibi commissas singulari dexteritate expediuit. Quin etiam uaria ingenij sui monumenta collegit, atq^{ue} in studiosorum utilitatem in lucem edidit. Hoc modo is etiamnum pergit, & ob multas corporis & animi dotes oīnibus doctis innotescit. Anon.